

3  
sucedente tempore et ingenio dilatato . al-  
ciora huius artis suscipias documenta .

## LIBER PRIMVS

### RELIGIO

**I** deus est animus nobis ut car-  
mina dicunt

**N**aturalis ratio . legalis institutio . commu-  
nis conceptio animorum . hoc habet . decer-  
nit . et precipit . quod vnus credatur deus .  
omnipotens . diligatur cordialiter . et mag-  
ne veneratōnis officiis adoretur . **Q**ui quidē  
est tanquam clauus fixus . et stabilis . circa  
quem omnia reuoluūtur . originale semina-  
rium omnium entium . omnium rerum . pri-  
mordiale principium . quia iuxta salomonis  
eloquium . omnia disponit innumero . pon-  
dere . et mensura . comprehendens omnia .  
et nullo alio comprehensus . Et vt verbis  
Augustini vti liceat . deus est intra celum  
non inclusus . extra celum non exclusus .